

Josue

Factus est post mortē moysi serui domini: vt loqueretur dominus ad iosue filium nun ministrū moysi. et dicens ei: Moyses seruus meus mortuus est. Surge et transi iordanē istuz tu et omnis populus tecum: in terraz quā ego dabo filiis israel. Omnē locū quē calcauerit vestigium pedis vestri. vobis tradā: sicut locutus sum moysi. A deserto et libano vsq; ad fluium magnū eufraten oīs terra etheorum vsq; ad mare magnum cōtra solis occasum erit terminus vester. Nullus poterit vobis resistere cunctis diebus vite tue. Sicut fui cum moysi: ita ero tecum: non dimittā nec derelinquam te. Cōfortare et esto robustus. Tu enim forte diuides populo huic terram pro qua iuravi patribus tuis vt traderem eam illis. Confortare igitur et esto robustus valde vt custodias et facias omnem legē quā precepit tibi moyses seruus meus. Ne declines ab ea ad dextrā vel ad sinistrā: vt intelligas cuncta que agis. Non recedat volumen legis huius ab ore tuo: sed meditaberis in eo diebus ac noctibus vt custodias et facias omnia que scripta sunt in eo. Tunc dirigas viam tuā et intelligas eam. Ecce precipio tibi: confortare et esto robustus. Noli metuere et noli timere: quoniam tecum est dominus deus tuus in omnibus ad quecumq; preueris. Precepitq; iosue principi bus populi dicens: Transite p mediuz castrorū et imperate populo ac dicit: Preparate vobis cibaria: quoniam post diem tecum transibitis iordanē et intrabitis ad possidendā terram quā dominus deus noster daturus est nobis. Rubenitis quoq; et gadditis et dimidie tribui manasse ait. Memerote sermonis quem

precepit vobis moyses famulus domini dicens: Dominus deus vester dedit vobis requiē et omnem terram. Crozel vestre et filij vestri ac iumenta manebūt in terra quā tradidit vobis moyses tras iordanē. Vos autē; transite annati ante fratres vestros omnes fortes manu et pugnate pro eis donec det requiē dominus fratribus vestris sicut et vobis dedit et possideant ipsi quoq; terrā quā dominus deus vester daturus est eis: et sic reuertimini in terrā possessionis vestre et habitabitis in ea quam vobis dedit moyses famulus domini trans iordanem contra solis ortum. Responderuntq; ad iosue atq; dixerunt: Omnia que precepisti nobis faciemus et quocumq; miseris ibimus. Sicut obediuimus in cunctis moysi: ita obediemus et tibi: tū sit dominus deus tecum sicut fuit cū moysi. Qui contradixerit ori tuo et non obedierit cunctis sermonibus quos precepit ei moriatur. Tu tū confortare et viriliter age.

.II.

Hic igitur iosue filius nun de serbim duos viros exploratores in abscondito et dixit eis: Ire et considerate terrā vrbemq; hiericho. Qui pergentes ingressi sunt domū mulieris meretricis nomine raab et quieuerunt apud eam. Punciūq; est regi hiericho et dicit: Ecce viri ingressi sunt hic per noctem de filiis israel vt explorent terram. Misitq; rex hiericho ad raab meretricē dicens: Educ viros qui veniunt ad te et ingressi sunt domū tuā. Exploratores quippe sunt et omnes terrā considerare venerunt. Tollensq; mulier viros abscondit et ait: Fateor veniunt ad me sed nesciebā vnde essent. Cūq; porta clauderet in tenebris et illi pariter exierunt: nescio quo abierūt. Persequimini cito et comprehendetis eos. Ipsa autem fecit ascendere viros in fo-